



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitae Sanctorvm

Lippeloo, Zacharias

Coloniae Agrippinæ, 1603

Martyrvm S. Victoriae: Ex Adonis Martyrologio. Coronata est anno Christi ducentesimo quinquagesimo tertio, Decij Imp. 1. Sede vacante.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42787

MARTYRIVM S. VICTORIAE: IX

*Teste C. Baron Tom. 2.
Annal.*

23. Decē.

Quo tempore Decius acri in primis persecutio ne Christi Ecclesiam exigitabat, Romæ Victoria eximia pulchritudine virgo fidei certamen cum magna Christiani nominis gloria subiuit. Hæc cum Eugenio viro pagano despensata esset, blanditijs Titi Aurelij, qui Anatoliæ sororis eius ambibat nuptias, inducta ad sororem suam porrexit, carnalem copulam sedulè suasura. Neque segniter profecto id virgo præstitit: Prophetas & Patriarchas in exemplum adducens, qui vinculo, matrimoniali constricti fuerant. Adiecit deinde: Quoniam igitur & tu, o charissima soror, huic sponso coniungere, qui per maritalem copulam, Christo auxiliante, in veram Euagelij libertatem vindicari poterit. Ad hanc Anatolian, quæ virginitatis amore tota feruebat, Christique spiritu plena de cælestibus assiduo cogitabat: Rectè tu quidem, inquit, nuptias sanctas esse & honorabiles dicis: & Deus ipse omnibus dixit: Crescite & multiplicamini, & replete terram: sed eo tempore quo vacua planè erat. At nunc cum infinita hominum sit multitudo postquam Dei filius de cælo in terram descendit, ut hominem suo celere in exitu & pernicem sempiternam prolapsum restauraret, clamat quotidie: Crescite in fide; multiplicamini in charitate; & replete cælos: quia appropinquauit regnum cælorum.

Inter

*Genes. 1. 8.
v. 9.*

Matth. 4.

*Victoriæ so-
roris sue An-
atoliae co-
munitur per-
suadere nup-
tias.*

Inter hæc & alia pia sanctaque colloquia, *Gaudium*
 tandem Anatolia intulit; Ego quo die precium ^{bonæ con-}
 ornatorum meorum in Christi pauperes
 distribui, insolito quodam gaudio me delib-
 tam sensi: & quod omnem admirationem su-
 perat, no[n]cētē quadam secundum quietem iue-
 nem aureo diademe splendidum, & purpu-
 reis atque gemmatis coruscantem vestibus vi-
 di; qui grata facie & lēto vultu virginitatē vni-
 cē mihi commendauit: hortatusque est ut om-
 ni diligentia & solicitudine infidias hostium
 devitarem; esse namq; innumerabiles qui exi-
 sum & incomparabilem virginitatis thesa-
 rum suffurari conantur.

Hicce alijsque sororis suæ dictis factisque *Victoria*,
 incitata pariter Victoria, ornamēta distracta, *omnia sua*
 & larga manu benignè faciendi disciplinam *largitur paucis*
 exercuit. Quæ ad aures Eugenij & Aurelij vt *peribus*.
 peruererunt, rabie quadā mentis efforati, sum-
 ma Decij Imperatoris iunctate, ad prædia sua
 eas abripuerunt: ibidemque cum blanditijs
 tum minis ad libidinis consensum impelle-
 re conati sunt. Sed illæ admiranda in virg-
 initatis proposito constantia permanentes, mi-
 nias æquè ac blanditias contempserunt. Ac-
 cessit dira fames & inedia, qua eas conficie-
 bant: rati tam acriter telo mentes earum expug-
 nari posse. Sed ea omnia animos virginum mi-
 risce confirmabant; ita vt Victoria sexaginta *multitudi-*
 alias eiusdem propositi effecerit puellas: quæ *nem Virgi-*
hymnos & psalmos die nocteque Christo cōci-
nebant. Fertur etiam immanē draconem om-
nibus in circuitu populis vehementer infestū
precibus suis interfecisse. Post quæ & alia

Ccc

diui-

Dire rexan-
tur Victoria
& Anatolia,
Congregat
multitudi-
alias eiusdem propositi effecerit puellas: quæ nem Virgi-
hymnos & psalmos die nocteque Christo cōci-
nebant. Fertur etiam immanē draconem om-
nibus in circuitu populis vehementer infestū
precibus suis interfecisse. Post quæ & alia

diuinæ virtutis indicia gloriosum martyrii triumphū peregit. Eugenius namque cum omnem murandi illius animi spē penitus absconditam esse cerneret, Iuliano Capitolij pontifici & templorum Comiti persuasit, ut aliquem ē

*Ceditur gla-
dio in pecto-
re S. Victo-
ria.*

*Percussor
eius diuin-
tus punitur.*

*a Teste C.
Baron. Tom.
d. Annal.*

internectione deleret. Datum id negotijs Tali-

archo carnifici; qui ausu nefario acinacem in præcordia virginis adegit: fusoque sanguine, quasi pro ludo, animam excussum. Sed non impunè. Nam foeda contagione lepra repente infectus: sexto post die consumptus à vermis expirauit.

MARTYRIVM SS. THEODVL' AC
Sociorum, qui in Creta passi sunt, a anno Chri-
sti 254. scilicet de vacante. Decij Imp. anno 2. Ex eo
quod est apud S. Metaphrasten.

23. Decē.

D E C I V S Imperator qui magno furore percitus & ad Christianum nomen penitus delendum fuit violentissimus, ad Cretam insulam Proconsulem quendam, Decium similiter nomine, & pari crudelitate insignem destinavit: ut omnes Christianæ fidei & religionis professores quibuslibet supplicijs exagitaret. Praestitit ille immanem profecto se se tyrannum, & inter alios, decem viros genere pariter & virtute praestantes ad quæstiones euocauit. Vincti & graui pondere ferri onerati ante tribunal stetere; sermonem vel factis nequaquam obscurum: proflatus ut furientis Proconsulis iram sua constantia vehementius accenderent.

Nec mora: à verbis ad supplicia ventum est.

Cafsi;